

nas : nemoraq; Arabicas ue rupes : sed imperium ipsum orientis medi
 tari cœpit. Nam persarum: Medorumq; regna: post aduersum cosdro
 es conflictum ad summam erant inopiam redacta. Bellatoribus autem &
 exercitibus exhausta. Prouinciæ uero Romanæ nullis ferme tenebantur
 præfidiis. Quæ dum animo secum uoluit: ecce leuum nescio quod numen
 a Constantinopoli Monachum suscitatur nomine sergium . Qui incenso ad
 dominandi libidinem animo maiorem quoq; lignorum struem superiniice
 ret. Erat hic Monachus ingenio & facundia plusq; doctrina instructus. Ho
 norem quem uirtute & meritis assequi non posset: per noua dogmata con
 sequi conatus. Nestorianam heresim professus: de ecclesia summo cum de
 decore depulsus est. Ira concitus atq; omni spe deiectus recuperandi apud
 catholicos honoris: Audax autem ad omne facinus. At ego inquit honorẽ
 quem hic assequi nõ possum posteaq; aliud querere necesse est: Græcis ostẽ
 dam quid sergius ualeat. Celebris erat iam Mahumeti fama: Multaq; de il
 lius hominis: tum ingenio: tum noua crescente indies potentia ferebantur.
 Itaq; ad eum proficisci constituit. Venisse se dicit ut illi ostendat. Quo pa
 cto si se audiat facile assequi possit orientis imperium. Duo illi esse necessa
 ria uires uidelicet: & populorum uoluntatem. Copiis cum abundare: præ
 fertim hac recentis sarracenorum defectione . Nec dubitare quotidie alios
 quoq; idem facturos. Nam omnes imperii duces: & copias ad extremã re
 ductas inopiam. Amorem autem populorum: duo in primis maxime con
 ciliare licentiam uiuendi & religionis metum . Audiuisse oportere quantis
 uniuersæ Romanæ prouinciæ premantur oneribus : exactores imperato
 rios non quidem exigere: sed diripere. Heraclii nomen paucis ante annis to
 ti Asiæ non gratum solum: sed uenerabile: Nullas nunc aures ferre posse:
 Odisse hominem propter auaritiã & detestari. Neq; enim solitis esse con
 tentum exactiõibus. Addere tributa tributis onera oneribus. Colere agros
 miseris colonis iam non licere. Agrestia iumenta una cum instrumẽtis per
 uim auferri. Mortem sibi omnes imprecari potius q̃ tantis in malis uitam
 ducant. Auariciã hominem excecauisse. Nihil aliud q̃ aurum sitire. Ad
 itus ad eum nullos esse. Neminem audire qui de suis queratur exactoribus
 Omnia per interpretes agere. Respondere illos nõ qd' iussi sunt: sed qd' ip
 sis est cõmodo. Gemmis cogendis intentum inter pellices: & obsoletos ui
 tam ducere. Nunq; igitur inquit optare potuisti certiore o Rex occasione
 ad imperium occupandum: q̃ nunc fortuna: quasi plenis tibi uelis offert.
 Vnum illud deest: ut ad ea quæ illa subministrat ipse non desis. Ingenium
 artemq; ad populos conciliandos addas. Miscere religionis aliquid opus
 est: & auctoritatem ex cœlo petere. Qd' principes multi fecerunt. Mouen
 tur populi in primis religiõẽ. Rudes & indocti ois rationis expertes. In fide